

1638

Num. III.

109

ORDINARIA
RELATIONIS
HISTORICO-HEBDOMADARIAE
Continuanda Continuatio, 19. Januarij, 1638.

Mediolano, 20. Decemb. 1637.

Lures adhuc Hispanorum militum cohortes ex Regno Neapolitano per Ducatum Parmensem ceteramque Insubriam in prouinciam Mediolanensem transgressae, quas aliquot equitum turmæ breui ex eodem Regno, luresque ex Germania noui milites cum veteranarum legionum supplementis subsequentur.

Excellentissimus Marchio de Legines magnas pecuniarum summas diuersis Praefectis militaribus, ad conscribendas nouas legiones, annumerari curauit, creauitque recens duos tribunos, scilicet, Comites Iulium Cæsarem Borromæum, & Ferrantem Boiardum, attribuitque singulis singulas conscribendas legiones. Ciuitas Nouariae sis unde quaque circum operibus mutatur.

Don Fridericus Enriques cœpit possessionem praefectorum castelli Mediolanensis magna cum solennitate, eratque inde profecturus in Germaniam, ad conscribendum nouum militem, alia que msioris momenti illic curanda negotia. Comes Iohannes de Zerbellone dicitur venturus Mediolanum, et amque prouinciam tamquam supremus Belli Praefectus administraturus.

Genua, 26. Decemb.

Gallicana classis sub Archithalasso de Manty, hoc tempore multum afflita, laceraque tempestate, vsque ad ipsa Hispania littora disiecta fuit. E contra Classis Hispanica, quæ 32. nauium numero, milite, remige, & commissarii optimè instruta Neapolii soluerat, felicem nauigationem contra Gallicanam creditur confectura, existimatique, eam ad rem cum Gallis gerendam esse aptissimam.

Praga, 2. Januarij, 1638.

Architribunus Comes Gallassius felicissime contra Bannierum in Pomerania procedit, nec solum occupauit Castrum de VVolgast, vbi infinitus inuentus est thesaurus, sed & alia haud minoris momenti oppida Suecis eripuit, apparenter per hęc tandem obtenturus Strasonde, & Stettinum in Pomerania obsessurus, vbi ipse Bannierius residet, qui nuper tabellariū siue cursorē dimisit ad Legatum Regis Franciæ commorantem in Hamburg, pecunias pro sustentando & conservando milite, iuxta Regis promissa;

sed

sed responsum est ipsi, Regem domi forisque iam oppressum, cem
quaquam haec occasione subministrare posse, quandoquidem suis palia
modò dictus Rex necessitatibus subuenire nequeat. Succorum hybe
Quartieria etiam nunc propriæ eorū religionis subditi in Imperio u
& Germani indies ab ipsis aufugiunt, libenter haberent pacem, qua cem
noluerunt acceptare, quando eis offerebatur, digni sunt, qui modon n
tiantur repulsam.

Ex Cœstris Cœsarianis in Pomerania, 4. Januarij.

Supradicto die, Gallassiu omnem exercitum paratum instruimus
nebat ad tentandam expugnationem oppidi Ancklam, quæ qualiter
serit, proximis literis referetur, confirmaturque, quatuor Suecorum
Gripsvaldia egressas à nostris circumuentas, & omnino deletas esse.
cum ceteris eius ciuitatis præsidariis innotuerint, subito conuasatis
insulam Rugen, relicta vrbe, abiuerunt, quos Cœsariani tamen preß
gijs, inseculi sunt.

Bannierij miles etiamnum in insula Frischhoff subsistit, eo consilio
beram navigationem in mari Balticō retineat, sed Cœsariani erant
iusdem intenti, ut illum oppugnarent, quandoquidem nulla illi è mi
proximum mensem Maium, modò possunt summitti auxilia, proprie
tis eius regionis frigora, quæ omnem navigationem eò usque impedi
Fuldo, 4. Januarij.

Mendauit Serenissimus Archidux Austriae VVilhelmus Leopoldus
Abbas Hirschfeldiensis D. Cancellario suo Schallard, ut eius territori
ditos nouo fidelitatis iuramento seu homagio estringat, id quod &
diem opportunè fieri.

Ex Belgio, 12. Januarij.

Londino scribitur, Anglorum Regem Catholicis supra modum p
cinari: hinc ACatholici vehementer murmurant, & non tantum co
gno, sed & in Hollandia, qui interim gloriari contra occipiunt, occ
nuper, ut aiunt, magni momenti fortalizio Lusitanorum in Guinea, q
men essean vera sit, dies nos docebit.

Bruxellis, 13. Januarij.

*Ex Hispanijs per nuperam Catholicæ Majestatis classem, venerunt ad
urbem illustres viri & Præfecti militares Don Lope de Oses, Don Al
de Castro, & Y de Fontes.*

Litteræ, quas proximus tabellarius ex Hispanijs attulit, seditionem
in Lusitania ortam omnino sedatam esse aiunt, ita ut ne vlla quidem ei
pertim escenda scintilla, rebellionis duces & antesignanos partim in vi
conjectos, partim dignis & omni sarijs affectos esse supplicijs; Præterea
sem Indicam quindecim auri millionum gazam ad portasse, indeque m
sariam pro exercitu Italico & Belgico pecuniam esse numeratam; stat

com in anchoris in mari Tyrrheno classem sexaginta robustissimerum nauium,
suis pularumque triremium instructissimam, & septuaginta in Oceano. 160

Ex Diocesi Monasterensi, 12. Ianuarij.
Lande grauia Ducissa vidua, Hassiaeque Status & quam pacisci satagit pa-
quacem, quem in finem etiam Reuerendissimum Metropolitanum Paderbor-
donensis Ecclesiae Presbyterum Dominum à Reck, &c. ad supradictæ pacis
compositionem ablegarunt.

In Diocesi Verdenhi, & Ciuitate Mindensi circiter quinquaginta duo Sue-
corum peditum, equitumque cohortes subsistunt, eius ciuitatis mœnia de-
fensuræ.

In vrbe Osnabrugensi quoque magnus præsidiorum militum est nu-
merus; aiunt enim, illuc ad triginta turmas pedestres, & equestres intra dicti
oppidi mœnia hybernare, quæ etsi ciuibus graues adferant incommodita-
tes, tamen hi Catholicis infensissimi, eos maximè tribulant, & affligunt.

Limburgo, 4. Ianuarii.

Ex omni parte nobis à militibus pericula impendunt; Quinque, aut sex
legiones de Exercitu Comitis & Architribuni Gotij veniunt per Comita-
tum Dillenberensem, quos aiunt in Comitatibus VVestervaldia hyber-
naruros. Aliæ tres legiones Ioannis de VVerth ex hac parte fluminis Lahne
veniunt Francofurto. In Castro Ehrenbreitstein mutatio præsidiorum
facta est, remanet tamen Gubernator, qui fuit Illustris Dominus de Mer-
ternich, qui modo pro defensionarijs fortalitij vnam cohortem Bauaricam
trecentorum quinquaginta militum recepit.

Lipsiæ, 2. Ianuarij.

Ex Pomerania fide dignis literis nunciatur, Cæsareum militem p̄æter
munitissimum Castrum de VVolgast, Ciuitates Dammin, & Barth felici-
sime occupasse, Ancklamium urbem certis conditionibus per ditionem
sibiugasse, Generalemque Bannierum cum accisi exercitus reliquis Coh-
bergam versus, & ad alia maris Baltici loca sese recepisse.

Bruxellis, 15. Ianuarij.

De instruendo, & armando nostro equitatu, qui sese ad tria selectissimorū
equitum millia extendit, ardua hic iam curantur negotia, & vnuquisque mi-
les & quæsà suo Capitaneo siue cohortis Præfecto ad eam rem quinquaginta
quinque Thaleros Philippicos reccipit, qui earum rationes suis Superiori-
bus Præfectis reddere tenentur; exspectamusque indies hic aduentum Ex-
cellentissimi Comitis Piccolominzi.

Proximis Viennæ scriptis literis asseritur, Cæsarem cum Excellentissimo
& Illustrissimo Regis Hispaniarum Ambassadore Don Francisco de Melos,
&c. recentem fœderis capitulationem compoñuisse, in qua continetur, ut
prædictus Cæsar pro ducentenis milienorū Coronatorum millibus, pro-
ximo vere robustissimum octodecim armatorum peditum, & septem mil-
lium

Hium equitum exercitum cōscriberet; ac ad Regis Hispaniarum usum
cāmpū educeret.

Serenissimus Sabaudie Princeps Thomas ex Belgio in Italiam abitum
ibidemque ad quatuor menses substiturus dicitur, eo consilio, ut patria
incolumitatem, motuumque Sabaudicorum pacificationem tantò
promoueret.

De Principe VVimariensi hic rumor est, eum cum suo milite Metim
sus sese recepturum, & geminatam expeditionem ad Rheno finitima &
cina loca suscepturum.

Ex Cesariorum Castris ad VVolfshagen, in VVeistphalia, 16. Ianuarij.

Sub initium huius mensis, Generosus & strenuus Dominus Colonel
Hugo Terell, postquam inaudiisset, Comitem VVirgensteinum cum quatuor
cohortibus, seu trecentenis equitibus, quatuor ab urbe Dremonis
duobus ab oppido VVolfshagen milliaribus, in pago quodam Grosen
nuncupato subsistere, subiecto de ijsdēa opprimendis consilium cepit, in
pressionemque aduersus hostem tanta armorum felicitate, & militum alacri
tate confecit, ut post ancipitem pugnam velitariam, insignem de prædicti
hoste reportauerit victoriam. Ipse Tribunus Hugo Terell velut intrepidus
& fortis miles, circa duodecimam noctis intempestā horam, cum centena
equitibus, & ex sua cohorte totidem Mosquettarijs, viginti quatuor Rebo
mariæ, ut vocant, militiæ Officiarijs, potissimum Hybernis, proximus adip
sum oculum, in quo hostis delitescebat, accessit instructisque ordinibus cum
Comitis VVirgensteinij equitibus ad pugnam stationarijs manus conser
incepit, & aduersarijs, quorum viginti octo circiter in excubijs dispositio
rant, tam generosè & fortiter incurrit, ut hi tandem post geminatam sclo
petorum explosionem, pugnae loco cedere, anxiisque & fugitiui in prædicti
pugna GrosenRitte sese recipere coacti fuerint, quo stamen Cæsarianis
meratis passibus insecuri sunt, hostisque rumoris signo dato, defendendo
sese vterius potestate exclusus, statimque ab inseguentibus Cæsarianis mili
tibus oppressus, maxima parte cæsus, ac in fugam dissipatus fuit; Terelliani
que milites Hybni obuios quosque in armis contruedarunt, maximaque
VVirgensteinianorum militum pars in præcipuas ciuium domos sese rec
perunt, at vbi oblatam vitæ incolumitatis gratiam recusarunt, Cæsariani
dibus flamمام iniecerunt, & municipium magna ex parte cum promiscuo
militum, mulierum, & ciuium sexu, magnaque equorum multitudine con
cremarunt. Ex prædictis VVirgensteinianorum equitum quatuor co
hortibus vix triginra milites per fugam incolumes evaserunt, adeò omnes
cæsi, gladiorum & sclopotorum iictibus confossi, aut rutilantis ignis flamم
absunti; paucissimi saltē, & vix duodecim, inter quos & ipse iunior Comes
Solinensis, hac in pugna capti, VVirgensteinius vero Eques occisus. Tereli
iani posthac re bene gesta, cum 200. equorum, aliarumque rerum opulen
tissima præda, viatores ad solita diuersoria & Quartieria secesserunt.